Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2763
Quelle:
Copyright:

mentis VI. qua damnantur. Incipit: *Inter sollicitudines innumeras et immensas* &c. estque hic inscripta *Archiepiscopis Treuiren. Moguntin. et Colonien. eorumque Suffraganeis*; cum T. XI. *Collect. Concc. Labbaei col.* 1876. et T. VII. *Harduin. col.* 1641. ad solum *Moguntinum* dirigatur. Apud *Raynald.* in *Annal.* ad an. 1349. *n.* 20. exordio trunca est, ab iis verbis: *Sane molesta nobis* &c. incipiens, et *Magdeburgensem* praefert. Apud *Bzovium* saltem ad *h. a.* non reperitur, utut adserat *Boileavius* in *Hist. supracit.* p. 291. ubi et illud errat, *Flagellantes* a *Clemente Anagniae*, quo ille nunquam accessit, condemnatos fuisse. *Avenione* data est Condemnatio *XIII. kl. nouemb. Anno octauo videlicet anno domini M. CCC. XLIX.* Sed nempe plura sunt, quae in illo Libello desideres.

XXII. *fol.* 78. *De anno Iubileo.* Est Constitutio *Clementis* VI. de *Iubileis* anno quovis *quinquagesimo* celebrandis. Incipit: *Vnigenitus dei filius de sinu patris dignatus est descendere* &c. Data: *Auinione VI. kal. februar. pont. nostri anno primo. hoc est*, addit Librarius, *anno domini M. CCC. XLIII.* Extat *Extravag. Commun.* L. V. *de Poenit. et Remiss.* c. 2. et in *Aguirrii Concc. Hisp.* T. III. p. 612.

XXIII. *fol.* 80. *De Epiphania domini. Sermo domini Petri Card. Rothomagen. postea pape.* Annus et alia abscissa sunt. In illud: *Signum magnum apparuit* &c. *Beatus Bernardus sermone III°. huius festiuitatis* &c. Non habetur *Cod.* praeced.

XXIV. a *fol.* 92. Sermo ἀνεπιγραφος in illud: *Si in digito dei eicio demonia* &c. *Mos est hominum per hostilem potentiam oppressorum* &c. Ex exordio liquet ad *Dom.* III. *Quadrag.* pertinere. *Sermo in dominca XXI. Episcopi Bisuntini.* Sed tempus non adsignatur.

XXV. *fol.* 100. *In Natiuitate sancti Johannis Bapt. archiepiscopi rothemagn.* Ergo *Clementis* VI. In illud: *Quis putas puer iste erit* &c. *Videtur mihi quod sapientes et pruentes consueuerunt* &c.

XXVI. *fol.* 103. *Sermo factus in morte domini Jacobi Gaytani tituli Sancti Gorgii dyaconi Card. per dominum Petrum tituli sanctorum Nerei et achillei presbiterum Card. et nun papam Clementem VI.* Scriptus igitur hic *Sermo* ante 6. *Decemr.* 1352. quo *Clemens* obiit, iabitus vero, ut titulus innuere videtur, ante ejus Papatum, ac quem cum a. 1342. 7. *Maji* adsumtus fuerit, perperam *Ciaconiu Jacobi Cajetani de Stephaneschis* Card. mortem in an. 1343. extrahit T. II. *col.* 324. Thema: *Tempus tribulacionis est Jacob* &c. Initium: *Beatus Augustinus XXX. de Ciuitate dei c. II. dicit sic de morte corporis* &c. Per decursum in laudem Defuncti: *Protuli Jacobus hodie ante tribunal iudicis non quidem sacculum pecunianum et florenorum — Non etiam protulit cumulum preben-*